

Corporis et anime societas non firmo vinculo
coheret facile dirimitur Stultum est in eo confide
re quod leui perditur casu

ferro peste flamma vinculis ardore
calore. Nulle modis leti miseros
mors Dana fatigat



Pauperis et regis communis lex moriendi. Dat causam flendi si bene scripta legis

Mors

Accedite domine promotor
Nunc expedit adire curiam
Respondere decet tanq̄ motor
Si fecistis quandam iniuriam
Aliis enim satis penuriam
Dedistis et non semper iuste
Emendare decet fallaciam
Male agit qui viuit iniuste

Promotor

Mors heu michi prestat sudarium
Et nil prodest hic audientia
Recipissem meum salarium
Illorum qui sunt in sententia
Dti decet pro nunc prudentia
Mors me cogit sum subito captus
Nichil prodest q̄ patientia
In peccatum raro cadit iustus

Mors

Tu etiam magister carceris
Qui plurimos tenuisti vinctos
Veni mecum tu de nostris eris
Et corporis ero tui custos
Vigilasti sepe super auctos
Sed in terra tibi prouideo
Sic termino iustos et iniustos
Mori decet quando placet deo

Custos carceris

Heu quot vinctos habebam diuites
quorum nummos prope recipissem
Et sic modo dure me imites
Sed huc nunq̄ libens accessissem
L'horeare taliter inuicem
Non curarem illud Vere scitur
Crede michi illuc non iuissem
Nam scit deus qui recte loquatur